

mi Viri subtiliter demonstrata experimento quodam oculis
 ipsis quodammodo ingerere lubuit, ut & iis, qui capiendis
 ejusmodi demonstrationibus profundioribus idonei sunt fa-
 culam quasi quandam præferremus, unà desiderium sciendi
 magis accendere in ipsis valentem, & alios rei utilissimæ co-
 gnitione aliàs prorsus carituros ejus dulcedinem quodam-
 modo saltem gustare faceremus. Eum in finem machinu-
 lam nostram, quam pro illustrandis demonstrationibus Bo-
 rellianis paratam in Epistola quadam Ephem. Naturæ Cu-
 riosorum Anni M DC LXXXIII. inserta descripsimus, ita
 disposuimus, (Vid. Num. 1. Fig. 37.) ut funiculus D A I B E
 rectà extensus esset ac horizontaliter super binas utrinque ro-
 tulas A, D, & B, E, ejusque extremitatibus appensa essent
 ponduscula æqualia F & G, unius utrumque uncia. Deinde




Fig: 37.

Bb

verò